

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,  
doctrina excutitur, scripta recensentur

**Origenes**

**Rothomagi, 1668**

IV. Origenis modestia. Vtrum vitandum Aethiopis stuprum Christi fidem  
ejurarit, & quo id tempore contigerit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-25059**

## CAPVT QVARTVM.

I. *Philipus Imperator interficitur. Subrogatur Decius. Septima persecutio. II. Origenes pro Christo gravissimos cruciatus sustinet. III. Librum de martyrio scribit ad eum Dionysius Alexandrinus. IV. Origenis modestia. Vtrum ad vitandum Aethiopis stuprum Christi fidem ejurari, & quo id tempore contigerit. V. Castigatur Criticorum nonnullorum temeritas. VI. Mortuo Decio vinculis solvitur Origenes. Decio succedunt Gallus & Volusianus. VII. Obit Origenes anno etatis 69. Perirent Gallus & Volusianus. VIII. Elogium Origenis. IX. Sepelitur Tyri. Vana de ejus salute quæstio praeterauit. X. Ipsius discipuli recensentur.*

I. **T**RIPLEM hanc, quam proxime conimmemoravimus, adversus successentes herefes velitationem videtur Origenes exercuisse postremis imperii Philippiani annis; qui cum septimum iam annum rerum potiretur, Decij fraude Verone ab exercitu interfectus est. Subrogatur in ejus locum Decius, qui ut in Philippi moriam incensus erat odio Christianorum, quos viuis erat caros habere Philippon dum viveret, res vastare, ac nomen funditus delere constituit. In teterima haec igitur persecuzione princeps occubuit Fabianus Pontifex maximus, in cuius locum suffactus est Cornelius. In carcere quoque compacti sunt nobiles Episcopi, Alexander, is a quo inter Presbyteros quondam Origenes fuerat cooptatus, & Babylas: qui cum letho destinati in vinculis obiissent, huic Fabius, illi Mazabanes successit. Et quid eos omnes recensere attinet, quos funestissima illa Ecclesia clades consumit? Referta sunt eorum nominibus antiqua Martyrologia. Sed Palæstinam præcipue ea strages affecit: multi siquidem Origenis exhortationibus accensi Decij furoribus feso fortiter objecerunt.

II. Qui Tyrum jam ante concessisse Origenem credunt, quam Christiani a Decio oppugnati coepiti sint, facile ijs assentior: secessus annum affligare, hariolari est. In cum certe maxima Persecutionis hujus gravitas incubuit, quam eadem pertulit constantia, qua alijs eam ut perferant, auctor fuerat. Nam primum in profundum carcere detrusus est; torquis ferreus collo injectus; pedes ligneis pedicis grandi intervallo invicem remotis ita inferti sunt, ut divaricatis cruribus distractum corpus per multos dies dirissime torqueretur: intentabantur ignium & suppliciorum mina, ac multiplici denique tormento senile corpus cruciabatur. Altum ille contra, & erectum animum super fortunam gerens, & vitam suam post Christi fidem dicens omnes asperites supervenit. Ac secum preclare aetum existimat, si extremum ab eo supplicium improbus expetivislet judex, cui unum id fuit propositum, omnes martyrij cruciatus innocentiissimo homini infligere, eundem vero sperata per mortem martyrij mercede privare. Otentatum itaque certaminis & laborum premium in aliud tempus dilatum est.

III. Bene autem de se merito magistro, dum in tormentis esset, optimus discipulus, & veteris amicitiae memor Dionysius Alexandrinus non defuit, librumque ad eum de martyrio scripsit, quo animum illi dolore ac miseria tabescerent televaret, & ei solatij praestaret vicem, qui aliis hanc omnibus præbere solitus erat.

IV. Nicephorus Eusebij perpetius auctor ducem suum hic deserit, & in atroces adversus Origenem, more recentium Gracorum, calumnias divertit. Eum ait modestia ac Christiana humilitate, quæ virtutum omnium parens est, amissa, in Deciana Persecutione tormentis afflatum, suam quidem constantiam ac fidem Ecclesia præstisile; verum ad moto Aethiopie qui castissimo corpori illuderet, thura Dijs adulere maluisse, quam ejusmodi probrum in se admittere: atque inde divina gratia cum excidisset, in varias herefes <sup>Niceph.lib</sup> <sub>s cap. 12.</sub> lapsum, multisque in errorem inductis, ab Ecclesia Christi longo post tempore fuisse extermi-<sup>An. 257 in  
Hist. ad A.  
Chr. 244.</sup>  
<sup>Zonar. n. 12.</sup>  
<sup>libr. 2.</sup>natum. Hæc habet Nicephorus, quæ ad veritatis amissum revocata, & cum veterum scriptis, unde deponita sunt, conficta, fidem suam decoquent. Nimiam enim sibi superbiā tunc sumuisse Origenem, quamvis ante Nicephorum scripserint Anastasius Bibliothecarius, & Zonaras, vix equidem credo, qui subiectissime de se ac demississime in libris a se hoc tempore scriptis & loquitur & sentit. Ad hæc postquam in Persecutione Deciana nuntium Christi remisisse Origenem scripsit, addit in multas deinde incidisse herefes, multisque errandi causam dedisse, ac multo post tempore Christianorum communione fuisse privatum: quæ secum manifesto pugnant, cum per paucis ante Origenis obitum an-

## ORIGENIANORVM

22  
nis instinctus furore Decius Christianis bellum indexerit. Scendum præterea id hauisse A

nicephorum ex Epiphanius, qui hanc Origenis perduellionem narrans Hæc. 64. cap. 2. de

Persecutione Deciana alium silet, quemadmodum Cedrenus, & Suidas: in libro autem

De mens. & Ponder. cum Deciana Persecutionis meminit, Origenem quidem multa tunc

perplexum fuisse docet, Æthiopem vero neutiquam commemorat. Nec commemorat

Zonar. ibid. certe Iohannes Zonaras, qui cum tamen tormentis viatum sub Decio à fide descivisse

tradit, & arroganta clatum pravorum dogmatum austorem fuisse. Zonaram sefellerunt

male accepta hac Epiphanius verba: Εἰνές γαρ οὐκ ποτε διεῖ τὸ μῆνες

τοῦ εἰδούσου, οβλάτης νιμιρύ σατύτης, οὐ Οριγένης περιδία, οὐ μονίμος μαρτυρί

κορωναν κοντερετούσι. Male ea quoque intellecta sunt ab Anastaio Bibliothecario, &

ad annum Christi 244 perperam relata: quo anno imperium adeptus est Philippus, lexen-

Gly. A-  
nali. pars 3<sup>a</sup> nio coequ amplius ante Decianam Persecutionem. Glycas autem Epiphanius adhæsit. Ni-

cephorus igitur, qui hoc loco videtur Epiphanius sectatus, & quicunque hoc Origenis

facinus Deciana Persecutionis temporibus assignant, minime quidem Epiphanius

auctorem habent. Imo vero, aperte illis contradicere, si quis ad narrationis illius contex-

tum animadverterat, plane fatebitur: id quippe Alexandriae contigisse scribit, atque Orige-

nem idcirco ab Ecclesia fuisse dejectum; cumque se irrisui esse perdoleret, patria excessi-

se. At Deciana tempestate neque Alexandria fuisse Origenem, neque ab Ecclesiæ com-

muniōne segregatum, neque Alexandria fuisse profectum vel docuit quisquam, vel credi

potest, & ex Eusebii, ipsiusque Nicephori, & aliorum historiæ fatis refellitur. Quæ quidem

omnia huic apprime atati convenient, in quam factum illud conjectimus. Nam & tuin C

Alexandria verisabatur Origenes, & itam post flagitium reliquit Alexandriam, & à Chri-

stianorum societate depulsus est, nec multo post Hierosolymam adiit, ubi in publico Chri-

stianorum cœtu commissum scelus lacrymis proscutus est. Quamvis autem rebus Chri-

stianis faveret, qui tunc Imperio potiebat Severus Alexander, eas tamen pro libidine

divexabant provinciarum rectores, Christianoque complures neci dabant. Id declarant

Ecclesiastici Annales, & Martyrologia. Constat ergo hallucinatum Nicephorum, nec ad

Decianam cladem hoc Origenis facinus ullo modo pertinere.

Verum præpostere agimus qui rei hujus perscrutamus tempus, resne ipsa fuerit aliquan-

do certum nōridum habemus. Quamvis enim clarissimo monumento confignatum id ex-

ter in libris Epiphani, egregii scriptoris & antiqui, rem tamen suum ad examen revocavit D

Ber. ad. 213. N. 110, Baronius, ut diximus, confidatque judicavit, & ne manus cum Epiphano conferere co-

geretur, afflum ejus scriptis fragmentum illud & insertum pronuntiavit. Baronio assensi

Hall. Orig. sunt Halloxius, Raynaudus, & Valesius; contradixit Petavius. Nos utriusque partis ratio-

nius adductis, nihil præjudicij vel auctoritati tribuentis nostram sententiam paucis ex-

Nos. p. 31. poneimus. Rationum Baronii summa hac est. Si res ita se haberet, uti expressa habetur

apud Epiphanius, meminist utique ejus, vel obiciendo Origenis adversarij Theophili,

Bern. H. lus, & Hieronymus; vel refutando sautores ejus Eusebius, Pamphilus, & Rufinus; vel ve-

niplacito tuisti Patres Augustinus, Vincentius Lirinensis, alijque, qui de eo fute & explicate ege-

reunt, & in controversiis Iustiniani ævo aduersus Origenem tanto studio agitatis aliqua

Vnde ad tandem facinoris ejus fuisse injecta mentio; nec id quoque pratermissit Por. E

Euseb. Hist. 1.6. cap. 32. phyrus, cum Ammoni à Christo ad Ethnicorum partes transfigilis commentus est:

Petro. A-  
nimad. ad res hæc ab illis est silentio prætermissa: igitur ne vera quidem. Eadem hæc fere re-

Epi. H. Her. päsentat Halloxius, & amplificat dicendo ac dilatat, unumque addit quod animadversio-

ne dignum est, cur fabule istius primum videri inventorem qui Iustiniano Imperatori di-

ctavit Epifolam ad Menam Constantinopolitanum Patriarcham aduersus Origenem, qua-

menf. c. 17. in Concilij V Acta relata est. Cur ita sentiret, non apposuit; & vero quid apponenter non

habuit; nullis enim auctoribus, nullis argumentis res falsa poterat approbari; facti siqui-

Nem. cap. 30. dem illius prater Epiphanius meminit Nemesius Iustiniano antiquior; meminist & Leon-

I. Et. Schol. tius Byzantius, quem Bellarminus Quinta Synodo superiorum fuisse censet. Huc adde ido-

latria quidem Origenem hac Epistola Iustinianum arefessere; de Æthiopē ne verbum F

quidē injicere. Neq; certe probabile est in Encyclica hac Epistola ad universos Episcopos

destinata, Imperatorem, vel qui nomine Imperatoris scriptit, mendacium re nulla postu-

lante confitum, Patribus in os objecisse, viris non illiteratis, & rei inaudite novitatem

proculdubio miraturis, ejusque falsitatem facile perspecturis. Repudiata igitur hac Halloxi

conjectura, Baronium ipsum adoriamur. Ac primum fateatur necesse est admisum ab Ori-

gene idolatria scelus Nemesio, Leontio, & Iustiniano notum ac commémoratum fuisse.

Eius autem tacendi eas habuerunt causas Origeniani oppugnatores nominis, quas ex-

ponit Petavius; vel quod ad ventilanda nimirum Origenis dogmata attenti, admisum hu-

manitus flagitium neglexerint; vel quod emendatum poenitentia crimen objicere, illibe-

rale & iniquum esse duxerint. Quas ad caussas, illas etiam accessisse puto cur id reticerent

A Origenis adversarij, quod licet sacrificaturum se receperit, non ipse tamen, sed qui cum circumstabant facinoris auctores & impulsores, manibus ejus apprehensis & excusis ipsi viderentur foco thus intulisse: quod licet ab Ecclesia fuisse ob eam cauflam ejusdem Demetrij compluriumque Episcoporum iudicio, ab Alexandro tamen, & Theoctisto Episcopis tanta est charitate suscepimus, ejusque patrocinium tanto studio complexe esistit Arabia, Palæstina, Phœnicia, & Achaea Ecclesia, ut ea re fere criminis depulsio contineatur; quod licet capitalis sit vel tenuis admissa idolatriæ suspicio, & graviter peccasse Origenem fatendum sit, minime tamen hoc nomine posset accusari, quin ejus ingens pudicitia studium una predicaretur: quod denique diris sub Decio singulari constantia toleratis tormentis, prioris criminis noxam satis correxisse, ejusque luisse pœnas, B & pristinam mollietatem expiari videbatur. Atque iisdem fere rationibus, quominus id Christianis exprobaret, absteritum fuisse Porphyrium existimo. Quod nullus ergo vitio dederat, quamobrem quisquam excusaret, ratio nulla fuit. Inde pat apud multos ea de re silentium. Eusebius autem, cur id scribendo pratermitteret, eo fuisse impulsum jam supra dixi, quod in *Apologia pro Origeni* hoc & ejusmodi plurima fuisse complexus, quæ ad Historiæ suæ propositum non omnino accommoda, quippe que res ad universam Ecclesiæ spectantes exequeretur, repetere insuper habuit. Iacent igitur collecta à Baronio adversus hunc Epiphanius locum argumenta, quem vel ipsa stylis similitudo, ut recte notavit Petavius, satis Epiphanius adjudicat.

V. Cautius equidem ac reverentius Antiquorum, sed Patrum præsertim monumenta attingi velle. Nam quamvis parce, & non sine aliqua verisimilitudine manus Epiphanius attulerit hoc loco Baronius, homo ut excellens ejus ingenium, & singularem doctrinam silcam, sagacissimæ in arte Critica & acerrimæ naris; hoc tamen exemplum in sequens ævum labem trahere potest, ut tanti viri auctoritate produceti literati homines, venerandæ vetustatis operibus illudere, eaque ad libitum recoquere, ac incidi sua reddere fortasse aucturi sint. Quæfieri sane multum ac diu plusne perniciem in literas an utilitatis Criticalis ars intulerit. Quot enim sana & integra Veterum scripta pervertit Criticorum temeritas, dum quidquid minus mente perciperent, id ad arbitrium suum refringendi licentiam sibi fecerunt? Quot volumina suis tota detraxerunt scriptoribus, alienis attribuerunt? Differor ita, quotiescumque viles de plebe Grammaticorum literatores bonis Auctoriis D inscribit suæ virus afferentes video; & si quando nova vox, & Lexicographis incognita sece det, eam absque cunctatione obelo suo jugulantes, & obrutis suis conjecturis per summam audaciam nobis sueum facientes. Et tum vel maxime sece Criticos dici amant, si bique placent, quando nobis Auctoriis larvas, veris ipsis deformatis Auctoriis objecunt. Atque hec pestis nihil non pervagata est. Plurime quidem fordes vel per temporis diuturnitatem, vel per librariorum socordiam Antiquorum scriptis allini atque adhærcere sita sunt; at eas nonnisi manifestas elui, nec quicquam nisi vel manu scriptorum Codicum ope, vel certis & evidenteribus argumentis supponi, & in Notas potius extra Auctoris ipsius contextum, quantumvis acute cogitatas conjecturas reieci velim. Sed hac erant alterius loci. Nunc ad rem.

E VI. Quoto Decij anno cruciatibus tortus fuerit Origenes, nescitur; at cum biennium Decius in imperio non expleverit, levis est dubitatio. Id videtur anno Christi 250, Origenis 65, attribuendum. Nec appetit item quomodo vinculis clausus sit. Ego vero id per obitum Decij contingere opinor; quo à Barbaris deleto cum exercitu, imperium capessivit Vibius Gallus, alico in confituum Volusiano filio. Tunc enim tranquillatis Christianorum rebus, libertatem quoque suam adeptum Origenem verisimile est. At ne tum quidem atas ad senium devexa, laboribus fractum, otio ac desidia mollivit: sed vix agititudine relaxatus ac miseria, qua cum in Decij laniera pene elicerat, alijs quos eadem affixerat clades, utilia solatia per Epistolæ subministravit. Id ostendebant innumeris ejus Epistola, quæ post Decianam vaftationem scripta, & multo post à pijs & studiosis hominibus servatae vetustate demum perierunt. Aliane præterea ante mortem literis mandaverit, quotiam de eo nihil antiqui Scriptores tradidere, compertum non est. Vix credi tamen potest impatientissimum otii ingenium ab assueto scribendi labore, quo tot elucubrata feruntur libitorum millia, conquevisse.

VII. Iamque novem ac sexaginta Origenes confecerat annos, cum labore & annis confectum tempestiva mors Tyri consumit, anno post Christi ortum 254: quo anno Interamna Gallus, & Volusianus interfeciunt. Cum enim natum cum demonstraverimus anno post Christum 185, adjectis 69, quot vitæ explevit annos: omnino efficitur summa annorum 254. Quamvis autem ita scriberit Eusebius: δέκανον γε τὸ πέμπτην γαλλον οὐδὲν. Euseb. liber. 7. cap. 1., significavit hoc ipso tempore obiisse Origenem quo Gallus extincto Decio successit;